casibq vitae transeuntis. Atq freti perdurare
affectionem mutuam hic nos efficaciter fidant, quae
Dei bonitatem nobis reddit experientiam a cunabulis
ingentiorum producit. Erigamq potiq animos nostros
meditatione eorum, quae Deus nobis gratificatus
est in Christo. Quem quum nos recte eiusq diligi-
mus eiusq confessi, nec fratribus gaudia debemus fraterq
eiusq germanos et amicos. Solinusq vester valet
integer tamquam ego, eiusq et ingenium feret.
Vale cum honestissima vidua, piae memoriae viri
fratris nostri in Dno Richardi ab [?] cumq
tua et ipsius familia. Bremae inter negotia schola-
sticorum 20 Junij 1573.

Amicissimus et frater
Johannes à Molanus

208/ M. Jacobo [?]ylio Heidelbergae

Pax Christi.

Venerande vir et frater dilecte, dedi literas ad te
[= Mscr. a. 7. satis loquaces Landgravio nostro, sed quia non ha-
N. 226] bebat aut ducem aut comitem: veremur diutius
haesitavit. Tum autem frater Johannes tabellio
non invitus ad te literas solet perferre. Quamquam
igitur nunc desit quod scribam praeterea: Scri-
bendum est tamen, ne videar officium defugisse.
Recitavit ante paucos dies nuperq ex epistola Gual-
teri Tigurini locum unum, quo mentionem in-
serere volebat, ubi ille inter caetera disciplinam [?]
[?], quod usurpant Ecclesiasticae Tyrannidis
nomine traducebat. Ubi qui primum mox eum
ad me redissem. Quaesivi quid esset sensus vel Gual-
teri, vel Erasti? quid agerent? ad quem finem
Ecclesiasticam disciplinam? Quae quantum ex-
perspicere? In [?] hoc ex vetustissimo tempore
nihil aliud quam inane nomen est, tum in fe-
stis animis perquirentur. Mihi quidem vide-
tur, fuisse semper in Ecclesiis bene moratis, prae-
ter administrationem Evangelii, spiritualem

quandam juris dictionem, quae pronunciaret de ma-
nifestis delictis. Quod vero rationem Pauli [illegible]
gale (inquit) vocis fermentum, hic est (ut ipse
interpretatur) tollite scelerum istorum exempla:
ipsis ejusmodi correctio qui posset dici Tyrannis.
Quum non tam punire quaerit: quam mederi stu-
deat, et sanare. Nam mihi non libet omnem
altercationem nostram a principio commemo-
rare. Illorum sit scilicet [illegible] ad-
tantum hic meo, quod in Erotematis scripserim
in manifestis flagitiis perseverantes a socie-
tate fidelium abdicari, et Sathanae tradi. Quid
est absurdius iniquius: quam a usu a Coena prohi-
beri eos, qui ab auditione verbi non repellun-
tur: Quum sit praestantior doctrina sacramentis
quibuscum illa communicatur: eosque illis, quasi jure
suo uti posse. Respondi magnam hic dissimili-
tudinem esse, quod doctrina promiscue propo-
natur universis: sacramentum singulis applice-
tur: per evangelium ad magnam coenam Domi-
ni vocari bonos et malos: ut qui crediderint in Dei
familiam recipiantur. Sacramentum autem singulatim distri-
bui jam receptis, nec fas esse coenam Domini gustari ab illis,
qui oblatam gratiam fastidiose respuerunt, vel etiam qui
familiam subierunt sine veste nuptiali. Multa hic simi-
lia ultro citroque contulimus, neque contentiose quidem: sed
tamen uterque in sententia sua perseveravit. Equidem si
quid erroris hic subesse intelligam nolim pertinaciter
tendere: sed tamen Erasti theses nondum me addu-
cere potuerunt, ut putarem locum illum in erotema-
tis corrigendum esse. Quamquam etiam Duisburgi in e-
ditione prima, Hollandus quidam Petrus Bloccius, homo
non indoctus eundem locum [illegible] corripuit. Et
Sathanae quemquam ab Ecclesia sic addici, tyrannicum ju-
dicavit. Quamobrem et ad Doctorem Olevianum et
ad te alios quosque scripsisse de Ecclesiastica disciplina,

ut judiciis vestris confirmatus, habeam quo me adversus dnn. Senatores tueri possim. Nam sicut olim Judaei apud Pilatum praesidem negarunt sibi esse regem nisi Caesarem: ita isti praeter externum Magistratum Politicum custodiam nullam in recta Christi, aut censuram patiuntur. Sed haec hactenus. Polyander quare et tu nostri crebris me literis visites, et mutuum me diligas. Difficile quidem certamen est cum malis ingeniis, quae communi conditione eorum virum fidelium ministrorum. Nusquam enim desunt hujusmodi labores, neque placentes Deo, et obstantes hominibus, ne salvi fiant. Vale. Nam in palaestram meam revocor, ut nequeam tecum prolixius confabulari. Ipsis Nonis Junii anno in schola Bremae 1573.

T. Studiosiss.
Johannes Molanus.

209)

M. Joh. Polyandro Emdae
Pax Christi.

[= Macr. a. 7: Nr. 227]

Quum habeam nunc aliquid otii, nunc quantum vigilantis sollicitudines feliciter, absente istinc Commelino, ad eum virum meritis me referam, qui in post instar multorum illustre fiunt Polyander, vir illustratus perquam eruditis literis posterioribus, quem ego nomine vehementer te amo: et Commelinum amicitia, meaque observantia dignissimum puto. Sed ea quae de disciplina disputas, impresserunt meum animum recreant, majoremque faciunt, diligendum id, quod ut doctrinae meae maxime congruit, ita potissimo cuique probatur, tanquam necessarium munimentum Ecclesiae conservandae. Itaque nuper ex illis tuis tertiani Ecclesiae nostrae aliquot sententias, quas adderam eam una cum Ioachimo, et paucis aliis doctis adduxissemque sicut fecerunt ingrata huic medico: ita illi Theologo magnopere placuerunt, et fuit inter nos quaedam contentio, quae tamen intra fines modestiae continebatur.